



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Acta Synodalia Osnabrvgensis Ecclesiæ, Ab Anno Christi  
MDCXXVIII.**

**Brogberen, Johannes**

**Coloniæ Agrippinæ, 1657**

Ordo Et Caeremoniae Synodi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14298**

# ORDO ET CÆREMONIÆ SYNODI.

**C**onvocatis, ut moris est, ordinaria auctoritate omnibus in Synodo compare re obligatis; citatione etiam ad valvas majores Ecclesie Cathedralis aliquot diebus ante affixa, Illustrissima sua Cœsiundo pro pridie Synodi, nempe 19 Martii, que fuit Dominicæ Oculi, post prandium ad se vocavit omnes & singulos Archidiaconos presentes, & absentium Commissarios, ut vigore sui munericis Archidiaconalis, quilibet rationem redderet de regimendo sibi per Diœcesin commissa, & quid sibi pro bono Diœcesis videretur in proxima Synodo statuendum, panderet.

Similiter 20 Marii pridie Synodi, ad horam tertiam, cum Consiliariis Consistorii sui Episcopalis, de Synodo, ad Ecclesiastica disciplinae reformatio nem, commodius instituenda pluribus egit: Cui Confessui interfuit etiam Reverendissimus Dominus Aegidius, electus Episcopus Aureliopolitanus, Osnabrugensis novus Suffraganeus, qui pridie Coloniae advenerat. Interim ab hora quartâ ad quintam solennis fuit campanarum in omnibus Ecclesiis compulsatio; Advenire etiam Decani Rurales, aitque de Clero, quibus omnibus accessus ad I. S. C. patuit, ut Ecclesiaram & subditerum suorum statum exponerent, simulque monerentur de discipline Synodalibus tabella accuratiè observanda.

Die 21 Martii, feria scilicet tertia post Dominicam Oculi, que ordinaria Vernali Synodo statuta dies est, horæ aliaque officia divina in omnibus Ecclesiis sunt maturius inchoata; ab horâ sextâ ad septimam compulsata & solenniter majores campanæ; convenit totus Clerus in Ecclesiâ Cathedrali; horâ septimâ instituta secundum consuetudinem processio, ad adducendum ex residentia Illustrissimum, qui post cathedralē capitulum immediate fecerit, comitibus hinc inde, in suis habitibus violaceis, rocheto, mantelletto & pilo quadrato atque pectorali cruce, R<sup>mo</sup>. D. Joanne Episcopo Sebaldensi, & Monasterensi Suffraganeo, nec non antememorato R<sup>mo</sup>. D. Aegidio, electo Aureliopolitanu, & Suffraganeo Osnabrugensi, ad cuius consecrationem, 25 Martii in festo Annunciationis B. Mariae Virginis, solenniter instituendam, pro assistentia dictus R<sup>mus</sup>. Sebaldensis maturius advenerat: Alter vero R<sup>mus</sup>. D. Adamus Episcopus Hierapolitanus, Suffraganeus Hildesheimensis cajat. Assistens vocatus, post Synodum comparuit.

In Ecclesia ordo precedentium Synodorum observavi, sacrum etiam de Spiritu Sancto solenne ab ipsâmet I. S. C. decantatum est, communique Clero universo ut alias distribuita: sessionem dicti R<sup>mi</sup>. Suffraganei habuerunt à laice Episcopale Altaris cum sede genitrixorio panno seu tapeti obductio.

## SESSIO PRIMA.

**P**ost sacrum Missæ Synodus cepta est juxta prescriptum Pontificalis Romani, & morem hujus Ecclesie: Locus Synodalis unicunque idem fuit qui antebac; Illustrissimus confudit ante medium altaris in faldistorio elevato, praedicti R<sup>mi</sup>. Episcopi utrimque latius clausere, uno gradus inferiores sedibus paratis.

Mox Synodus aperta est, deputati Promotores D. Joannes Jodocus à Ledebur, Cathedra lis Ecclesiæ Thesaurarius, & Bernardus Matthiae à Campo SS. Theologie Doctor, Illustrissime sue Celsitudinis Consiliarius Consistorialis, & Canonicus ad S. Ioannem. Secretarius Conradus Burenius ad S. Ioannem Canonicus. Actuarinus Christianus Brockman Pastor in Wahlenhorst. Notarius Synodi, in absentia Gerardi Brickwedde ergo, pro hac vice designatus est Conradus Modeman, Cathedralis Ecclesie Vicarius.

Posteaquam Ill<sup>mus</sup>. Synodum assatus est per verba; Venerabiles Sacerdotes &c. & per primum Promotorem decretum de non discedendo lectum, recitatus est totius Cleri Osnabrugensis, qui de jure vel consuetudine Synodo interesse tenetur, Catalogus, quem Ill<sup>mus</sup>. constituta ians pace, & rebabito archivio ac documentis magno studio colligi, & conscribi fecit, ad perpetuam memoriam, juris etiam, quod nunc magnam partem novæ scilicet in religione impeditum, conservationem.

Hoc lecto catalogo duplicum Ill<sup>mus</sup>. ostendit dolorum, quem ex eius recitatione suscepserat. Alterum, quod tñ insignes Parochie, imo integræ Decanatus & districtus, pulchra aliquando Ecclesiæ Osnabrugensis membra, novæ scilicet sustulerint. Alterum, quod multis sine legitimâ excusatione, ut conumaces & refractarii, neglegit vocantis veri Pastoris voce, non comparuerint; poenit debite multandi. Mox etiam secundus Promotör contra absentium